

DEDICATORIA.

Deinde Zuingiani in ipsis Comitiis Augustanis peculiarem Cæsari offerre voluerunt Confessionem, in negocio Eucharistiae, cum nostrâ Confessione (teste Sclidano) è diametro pugnantem: quam tamen Cæsar acceptare noluit.

Quod ipsum etiam factitarunt sequentibus annis multoties Calviniani, dum Guilelmus Farellus, Johannes Calvinus, & Petrus Viretus, propriam suarum Ecclesiarum Confessionem conscripserunt: quam etiam Ecclesiis superioris Germaniae ad subscribendum, obtruserunt.

Quid? quòd, cum Anno 1536. Concordiæ Formula secundū mentem Augustanæ Confessionis, Imperatori Carolo exhibitæ, inter Saxonicas, Suevicas & Helveticas Ecclesiasticas tentaretur: & quo ad Suevicas, illa etiam stabiliretur: Helveticæ tamen, postquam diu frustrà à Buccro solicitatae fuerunt, eam prorsus aspernatae, simulq; & à Saxonicas & Suevicis Ecclesiis in discessionem facere